

immiserit, imo aditum ad aedes meas prohibui et fratri et cuiunque, qui ex parte puellae contra D. Rochum [Weiss] staret. At vero cum concernat honorem et famam fratris, et mediate totius familiae, rogo, ut R.D. Praepositum mediatorem exoret, vel saltem impartialem, ne Patrinus et filius per Sacellani sui industriam patiatur damnum. Testo numina quod nesciam, in quo cardo litis modo existat. paucissimis hisce urgente nuntio hanc gratiam exaro, vel quid faciendum consilium exspecto. Putavi, iam dudum omnia exspirasse."

1) s. auch AH 57/76-79A

2) s. Stadtarchiv Bremgarten B 93, Eheregister, wo bei der Primiz von Johann Heinrich Kyd Johann Rudolf Dürler als geistlicher Vater erwähnt wird. Freundliche Mitteilung von Dr. Eugen Bürgisser, Bremgarten, der uns auch bei der Identifikation weiterer Personen dieses Briefes und solcher der nächstfolgenden Dokumente (AH 57/76-79A) behilflich war.

Kopie des bischöflich-konstanzerischen Kommissars in Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 199^f

76

[1688] Januar 20.

A

SCHREIBEN [VON KAPLAN UND ORGANIST CHRISTOPH LAECHNER AN DEN VIERHERRN DER LIEBFRAUENPFRUENDE IN SURSEE, JOHANN HEINRICH KYD]¹

"Caeterum quod D. Casparus [in Sachen Ehestreit zwischen Johann B u o b einerseits sowie Ottilia R ä s s und Franz Karl K y d anderseits] nuper Surlaci fecit, id neque proprio motu neque ... meo D. Praeposito [Propst von Sankt Leodegar in Luzern, Johann Rudolf D ü r l e r] iubente sed aliunde iustus fecit, R. meus D. Praepositus hactenus negotio se nullo modo immiscuit, sed potius dolorem et displicentiam habet de filii sui [gemeint Johann Heinrich Kyd als geistlicher Sohn und Franz Karl Kyd als Patenkind] temerario ausu contra honorem sacerdotis quo Dominus Rochus [W e i s s, Pfarrer von Eggenwil] turpiter et imprudenter laesus existit, hinc dum pro primo reparationem amabiliore modo obtinere non potuit, pro secundo eam per viam iuris efflagitare cogitur ad hoc stimulatus etiam intervenientibus literis contra ipsum abs ... R.D. vestra ad Dominum Camerarium [des Kapitels Zug-Bremgarten?, Johann Ulrich C h r i s t e n] et D. [Johann] R i z a r t [Sekretär des Dekanats Zug-Bremgarten] Bremgartam sat acriter datis, quamvis ... R.D. Vestra pro hic et nunc meliore hausta informatione alterius mentis esse credatur, ideo tamen praecedentia non sunt purificata. quia vero petenti Justitiam

*nemini deneganda est, hinc res in propinquissimo statu versatur coram competente discutienda, ubi D. Rochus [Weiss] certo certius Victor evadet, non sine laesoris condigna mortificatione, quia liquet, intercessisse literas falso exaratas, et inde D. Rochum indebitis contumeliis et iniuriis fuisse deturpartum etc. ego quidem nullatenus me immiscere, sed solummodo in gratiam ad R.D. Vestrae reconciliationi cooperari cupiens consilium magis expediens non video, nisi, ut in praesentia quorundam quibus adesse convenit, revoce-
tur facta laesio, atque sumptus interim emersi refundantur. timeo autem ne negotium nimis extra quam amicabiliter sopiri possit, exarserit hinc quod vultis facere, facite cito, quia res moram vix amplius patitur. Haec de his proxime plura".*

1) s. auch AH 57/75, 77-79A

Kopie des bischöflich-konstanzischen Kommissars von Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 199

77

[1688 Januar]

A

SCHREIBEN [DES PFARRERS VON SURSEE?, GEORG JAKOB STIERLI, AN DEN BISCHOEFLICH-KONSTANZISCHEN KOMMISSAR IN LUZERN?, NIKLAUS LEONZ LUDWIG PEYER IM HOF]¹

"Praemissa millena et cordialissima salute notum facio Clarissimae D. Vestrae me examinasse fundamenta Causae seu controversiae Matrimonialis, quae Joannem Buob inter et Otiliam R ä s s controvertitur, nec invenisse post seriam inquisitionem ullum ex parte praefatae Virginis errorem seu fraudem, verissimum quidem est Otiliam daexisse Joannem Buob, ab eoque dotem matrimonialem accepisse, sed pro tempore alio [Franz Karl Kydt] sibi Bremgartae oblato Joannem Buob dimittere cogitavit (si tamen labens et sponte iuri suo caedere vellet) in quem finem cum iam notum esset, Joannem Buob aliam impraegnasse, Joannem Gilli civem Surlacensem Bavariam misit cum literis repudiatoris et dote ab ipso accepta; quas cum legisset, et errorem suum agnovisset, dote accepta sponte dimisit liberam, nolentem se etc. quod ingenue mihi confessus est praefatus Joannes Gilli et ultro fatebitur coram aut Ecclesiastico aut saeculari Tribunali si opus sit. De caetero non video, cur ingenuus adolescens Franciscus Carolus Kydt erroris cuiusdam inculpandus sit, tanquam literas fictitias, nullo nixas fundamento, et fraudulentas effinxisset, cum